



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

8. Intactas Sineret Gotthicvs Ignis Opes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

*Arx cum districtu patulis in honora ruinis  
In Theodori usum Praesulic illa venit.  
Ære suo primus titulum qui informat in anem,  
Et valida muros exhibet artenos.  
Furstenbergiaca Princeps decus inclyte stirpis  
Sedi hoc, quo caruit, tradere pergetue.*

Ioannes Horrion elegis Panegyrico Paderbornensi subjectis VVevelsburgum instauratum ita celebrat.

*Inde VVevelsburi solidus domus ardua saxe  
Nubila sublimi culmine celsa ferit:  
Hæc olim à priscis (fama si credimus) Hunnis  
Post varios Dominum Te fibilegit heros.  
Nunc Te digna domus, sed erant magalia nuper  
Penè ruino semisepulta situ.  
Circum Chaonia texunt umbracula querens,  
Sylvaque vicinas occulit alta feras.  
Quasque sub hospitijs celat frondentibus arbos,  
Plurima lascivo gutture vernat avis.*

8. INTACTAS SINERET GOTTHICVS  
IGNIS OPES. Anno 1646. hostilis Suecorum exercitus, dum Paderbornam obsidione cinctam III. Non. Maij expugnat, VVevelsburi arcem praesidio Cæsareo firmatam eodem impetu capit, vastat, exurit. Quam deinde Theodorus Adolphus de Reck Episcopus ac Princeps Paderbornensis laudatissimus majorem partem restituit, sed morte praæceptus non absolvit.

Ejus rei memoriam conservat arcis vestibulum hac epigraphic exornatum.

*Theodorus. Adolphus. Dei. et. Apostolica. Sedis. Gratia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. I. Princeps. &c. Comes. Pyrmontanus*

S 2

Haus

Hanc. arcem. à. Suecis. Paderbornam. An. M. DC. XL. VI  
expugnantibus. vastatam. et. incensam. reparavit. An.  
M. DG. LVIII.

Foribus autem instaurati facelli in atrio arcis hic titu-  
lus inscriptus legitur.

Theodorus. Adolphus. Dei. et. Apostolice. Sedis. Gratia. Episco-  
pus. Paderbornensis. S. R. I. Princeps. et. Comes. Pyrmontanus  
Arce. magnis. impensis. instaurata. facellum. in. hanc. for-  
mam. restituit. An. M. DG. LX.

## DESERTVM SENNAE OLIM SINEDI APPELLATVM.

**D**ESERTOS SINEDI TRACTVS. Hos nonnulli cū  
*Vintfelt & Sintfelt* male confundunt; quandoquidem  
*Senna* desertum vastumq; ericetum est, quod sub radicibus  
montis *Teutoburgiensis* longo porrectum spacio, per ditionem  
Paderbornensem, Lippiensem, Ravensbergensem & Rittber-  
gensem, usque in diœcesin Monasteriensem & Osnabrugensem  
excurrit, varijs amnibus piscosis, ac præcipue Amisiæ Lup-  
piæque fontibus irriguum. *Vintfelt* contrà planities in  
ipso saltu *Teutoburgensi* eminet, & *Sennam* despicit. Locus,  
ut diximus, haud procul Horna, Lippiensis ditionis oppido,  
inclytus Romana clade, & victoriæ cognomine insignis.  
Quod & Lipsius in notis ad lib. I. Annal. Taciti. num. 174.  
Philippus Cluverius & alij complutes agnoscent, ut certa  
id nobis perpetuaque majorum fides tradidit. *Sintfelt*  
autem ager est frumentarius diœcesis Paderbornensis, in-  
ter Burenam oppidum & cœnobium Dalheim longè, la-  
téque